RARE BOOK ROOM
Z
241
.E9
B82
1481

Prologus Arminensis.

Orient latin

ANONYMI LUBICENSIS

ut videtur

HERMANNI SINÆ, ORDINIS PRÆDICATORUM

PROLOGUS ARMINENSIS

IN MAPPAM TERRÆ SANCTÆ

LUBICÆ ANTE ANNUM MCDLXXX IMPRESSUS

QUEM SUMPTIBUS

SOCIETATIS ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

Viduæ Gillot arte heliographica redditum

R. P. GUILLELMUS-ANTONIUS NEUMANN, Ord. Cist.,

S. Theologiæ doctor, ejusdemque in Cæsarea Vindobonensi Universitate pro

PRÆFATIONE ORNABAT

Nº 53

M. LE MARQUIS DE LABORDE


UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST

RARE BOOK ROOM
Z
241
.Z9
B82
1481

ANONYMI LUBICENSIS

ut videtur

HERMANNI SINÆ, ORDINIS PRÆDICATORUM

PROLOGUS ARMINENSIS

IN MAPPAM TERRÆ SANCTÆ

LUBICÆ ANTE ANNUM MCDLXXX IMPRESSUS

QUEM SUMPTIBUS

SOCIETATIS ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

Viduæ Gillot arte heliographica redditum

R. P. GUILLELMUS-ANTONIUS NEUMANN, Ord. Cift.,

S. Theologiæ doctor, ejufdemque in Cæfarea Vindobonenfi Univerfitate profeffor,

PRÆFATIONE ORNABAT

GENEVÆ

TYPIS J.-G. FICK

—

M. D. CCC. LXXXV

RÉIMPRESSIONS PHOTOTYPOGRAPHIQUES

I-IV

Tiré à 90 exemplaires, dont 50 ſur peau de vélin.

N° 53

M. LE MARQUIS DE LABORDE

I. *PROLOGI ARMINENSIS* BIBLIOGRAPHIA.[1] — Quum, anno Domini 1875, Societas illuftrandis Orientis latini monumentis confilium iniret, tractatum cui titulus *Prologus Arminenfis*, primis typicæ artis temporibus impreffum, photographica imitatione exprimendi, unum hujus libri exemplar præ manibus erat, quod in bibliotheca publica Monacenfi affervatur (n. I).

Cæterum exemplaria alia, a diverfis eruditis indicata, non multos ante annos exftitiffe non ignorabamus, fcilicet:

II. BRUXELLIS. — Exemplar quod poffidebat La Serna-Santander.[2]

III. HANOVERÆ. — Exemplar bibliothecæ regiæ, anno 1844 a v. cl. Grotefend defcriptum.[3]

IV. ROMÆ. — Exemplar quoddam, quod, tefte confratre noftro, v. cl. Augufto Pecoul, anno 1869 veno ponebatur.

Sed ea nos, omni via & modo quærentes, huc ufque latuerunt.

Deficientibus ergo exemplaribus, Monacenfe folum adhibendum erat, licet paulifper mancum & temporum injuriis vitiatum: paginis aliquot humore corruptis, litteris & nonnullis verborum fyllabis, in margine pofitis, a conglutinatore cum margine abfciffis. Quædam infuper lineæ originalis Monacenfis rubro atramento per litteras majores feu *capitales* & fub ipfo textu depictæ harum partium imaginem photographicam adulterabant; quæ, poftea ex tabulis metallicis fedula cura ablatæ, formam litterarum iftarum in quibufdam locis non leviter immutarunt.

Incepto opere, prioribufque ejus fafciculis in lucem editis, meliora, hucufque non cognita, *Prologi Arminenfis* exemplaria in diverfis Europæ feptemtrionalis bibliothecis reperta funt, quorum auxilio, quæ in noftro ectypo manca erant, nunc jam fuppleri potuerunt.[4] Hæc exemplaria funt:

V. KILONIÆ. Bibl. univ. (ol. monafterij Bordefholmenfis). — A glutinatoris fcapello non mutilatum. Litteræ capitales rubro colore pictæ; rubricator infuper verbo nonnulla correxit, alia adpofitis notis explicavit.

VI-VIII. LUBICÆ. Bibl. civitatis. — Tria exemplaria, nullam aut fere nullam perpeffa rubricationem.

IX. HAUNIÆ. Bibl. regia. — Exemplar quod, ut ex diverfis operculi figuris conjici poteft, a Lubicenfi quodam opifice conglutinatum eft.

X. ROSTOCHII. Bibl. univ. — Eximium exemplar cum Flavij Jofephi *Operibus*, a Luca Brandis in civitate Lubica impreffis, conglutinatum.

II. LIBRI DESCRIPTIO. — Prologus nofter quindecim impreffus eft plagulis; chartæ, fulvæ & craffæ, diverfis infignitæ funt filigranis: aliæ capite bovis, aliæ littera y; tres autem (10, 11 & 12), quæ aliquantulum minores funt reliquis, formam filigrani rudem exhibent, quam *anchoram* putaverim. Singulæ plagulæ quatuor continent paginas, forma quam vocant *in-folio*. Pagina prima vacua. Pag. 2 exhibet « *Scema Templi Salemonis in monte moria ymaginarium*, » per totam paginæ fuperficiem, ut etiam pp. 12, 22 & 23 funt impreffæ. Reliquæ libri paginæ duabus columnis funt diftinctæ. In pag. 3 ipfe textus incipit & ufque p. 50 extenditur. Ab hac pagina incipit fafciculus amborum *Librorum Machabæorum* ufque ad pag. 58. Finem faciunt tabula rerum alphabetica & colophon. Mappa Terræ Sanctæ paginas 22 & 23 occupat. Columnæ altitudine difpares (280 ufque 287 mill.), latitudine tamen fibi æquales (87 mill.), lineas continent tum 56, tum 57 & 58. In qualibet linea circiter 45 litteras computabis. Defunt foliorum numeratio, fignaturæ, cuftodes. In Tabula rerum alphabetica columnæ plagularum apertarum defignantur litteris a. b. c. d., columnarum vero partes per I, II, III.

Triplex litterarum genus typographus nofter adhibuit: tum illud, quo typographi prima hujus artis ætate ad *Miffalia* excudenda utebantur (vide colophonem), tum quodam majufculo ad fcemata capitulorumque titulos; tertium denique minus, ad textum operis ipfum. Quodlibet litterarum genus fuas capitales habet. Locus *initialium* ufque ad p. 29 (& iterum in pag. 31) rubricatori refervatus eft; in reliquis paginis nulla artis illuminatoriæ ratio habita.

Notandum eft, cum in multis textus partibus, tum in *Tabula rerum* litteram G capitalem pro littera B effe pofitam; nec filendum, punctum fuper litteram *i* longe ad dexteram ipfius litteræ effe locatum, tali modo: ı'. Errores typographicos non paucos in textu reperies, alios ex confufione litterarum *n* & *u*, alios ex typothetæ ignorantia & levitate ortos. Vide, ex. gr.: p. 8 a iij, ubi *licminum* pro *luminum*, p. 33 b.j. (lin. 6), ubi *vterimus*, pro *vterinus*. In eodem capite a typotheta fenfus fententiæ turbatus effe videtur: « *In legaliter* » &c. ufque: « *Nunc*: » p. 44 b. ij ubi « *fathopol* » pro « *fcithopolis* » legitur.

III. QUANDO ET UBI *PROLOGUS* IMPRESSUS SIT. — Nec nomen typographi, nec locus, nec annus in libro annotatur. Ad fæculum tamen XV pertinere, tam ex litterarum forma, quam ex toto libri habitu apparet. Poft annum 1460 *Prologum* effe fcriptum & typis excufum, ex eo fequitur, quod ille annus in pag. 18 a iij adfcriptus eft: « His diebus fcilicet anno Domini « M CCCC LX. » Quum plurima operis exemplaria in bibliothecis urbium feptemtrionalium (nullum — excepto Monacenfi — in partibus meridionalibus) inveniantur, in iftis regionibus officina typographi quærenda videtur. His animadverfis, librum noftrum cum aliis contulimus, ejufdem fere ætatis & originis, quærentes patriam & nomen noftri typographi. Nec fruftra: nam non paucos invenimus libros, quorum habitus, litterarum forma, charta tam bene cum noftro libro conveniunt, ut communem eorum patriam cum quadam certitudine affirmare poffimus. Rem hoc loco exponere, multis argumentis implicatam, non convenit; invenies longiorem demonftrationem in *Archivorum Orientis Latini* tomo III. Sufficiat finem noftræ difquifitionis attuliffe, qui hic eft: « *Prologus Arminenfis* in urbe Lubeca typis expreffus eft: verofimiliter a Mathæo Brandis, illo typographo, « qui aliquibus operibus in fua officina impreffis in ultima pagina appinxit *cranium humanum*, epidermide orbatum, aut *fcutum cum* « *tribus fructibus papaveris*; hunc Mathæum Brandis ante annum 1481, forfan circa annum 1476 operis noftri typographum fuiffe « conjicimus. »

IV. ARGUMENTUM ET PROPOSITUM OPERIS. — Geographiam Terræ Sanctæ, omiffis tamen capitulis de fructibus, animalibus & incolis, nofter *Prologus* tractat, adjiciens multa, quæ ad archæologiam facram, ad hiftoriam gentis Hebraicæ & ad hiftoriam (& mythologiam) de Mohammede pertinent. In illis tamen enarrandis non tantum (faltem in quibufdam fententiis) verbis cujufdam teftis & fpectatoris utitur, fed multos adhibet fcriptores antiquos & mediævales: Plinium, Jofephum, Ecclefiæ Patres

1. De hoc libro cf.: Santander, *Dictionnaire bibliographique du XVe fiècle*, Bruxelles, 1806, t. II, p. 88, nº 129. — Ebert, *Allg. bibl. Lex.*, ad vocem: ARMINENSIS, nº 1210. — Brunet, *Manuel du libraire*, nº 19589. — Hain, *Repertor.*, nº 1798. — Gräffe, *Tréfor*, ad vocem Arminenfis. — Tobler, *Bibliogr. geogr. Palæft.*, p. 233.

2. *Catalogue de M. de la Serna-Santander*, Bruxelles, an XI [1803], 5 v. in-8, III, pp. 50-51, n. 3792.

3. Grotefend, *Verzeichnifs der Handfchriften und Incunabeln der Stadtbibliothek zu Hannover*, 1844, p. 30, nº 209.

4. Pp. 22-23:
Pro *Solanus*, lege: *Oriens fiue ventus Solanus*.
Poft *Aram*, adde: *Bafan Terra — Civitas Bofor*.
In margine inferiore adde: *fiue fauonius*. Aliquas ibidem voces etiam correxit exemplaris Bordefholmenfis rubricator.

398230

& ſcriptores plurimos, imprimis vero Burchardum de Monte-Sion (quem *B. de Bergis* appellat), Rorgonem (Fretellum) & Ludolfum de Sudheim; apponimus & *Legendam* ſanctorum, *Libros apocryphos* N. T. & hebraicum tractatum *Ra. Sa.*, quas voces ipſe *Rabbi Salomo* explicat. Vix tamen omnes hos libros ipſe in compilando ſuo opere ad manum habuit : nobis enim ſuſpicio oritur, eum *multa* — non omnia — ex libro quodam hauſiſſe, in quo fragmenta horum ſcriptorum in quandam « catenam » erant collecta, forſan ex exemplari quodam Burchardi de Monte-Sion : invenimus enim in bibliotheca civica Hamburgenſi[1] codicem quemdam, qui continet gloſſas in multis cum noſtro *Prologo* convenientes : eaſdem enim res ex iiſdem ſcriptoribus exſcribunt, ut noſter auctor.

An auctor ipſe Palæſtinam adierit, non liquet. Sed niſi Terram Sanctam ipſe luſtravit, peregrinum audiit, ſtatum anni 1460 deſcribentem, qui labente memoria, falſa cum veris retulit, ex. gr. in valle Cedron multas eſſe cedros. Nam teſtem, qui rem vidit, indicant, quæ de Probatica Piſcina & de Sepulcro B. M. Virginis bene obſervata deſcribuntur. Romæ etiam commoratus eſſe videtur teſtis noſter, nam altare Lateranenſe (p. 8. b iij) per collationem commemorat.

Propoſitum ſuum in compilando opere claris verbis indicat, & pluribus locis (conferas inprimis colophonem). Tractatum ſcribere voluit pro prædicatoribus pauperibus qui multos libros comparare non valent, ex quo *S. Scripturæ* ſcientiam urbiumque Terræ Sanctæ notitiam accipere poſſint, « qua ignorata, iudicabunt de locis iſtis & diſtantia eorum ſicut cecus de colore. » Quid, ſi æſtimamus, eum in hoc *Prologo* ſcripſiſſe exordium cujuſdam magni commentarij in *Scripturam ſacram*, quem tamen, aut morte præventus, aut alia ex cauſa, ad finem non perduxerit?

Mappis tribus[2] ornatus eſt *Prologus*, quarum una templum Hieroſolymitanum, ſecunda urbem ſanctam, tertia denique totam Palæſtinam effingere intendit; barbaræ autem iſtæ, quæ ſola locorum nomina tantum exhibent, quaſi, parcimoniæ gratia, lineas geographicas deſcribendi cura rubricatoribus demandata fuiſſet: generis iſtius mapparum, quas gallice vocamus *cartes muettes*, opus plane contrarium, cujus (etſi nullum e *Prologi* exemplaribus, quæ in manu habuimus, ita completum fuerit) nullum aliud ſpecimen, in libris ſæculo XV impreſſis, reperiri potuiſſe arbitramur. Anonymum pſeudo-mapparum ſuarum nomina e Burcardi de Monte-Sion mappis, ſive ex ea quam præbebant codices, exemplari Hamburgenſi (n° 59) ſimiles, ſive ex ea quam nobis *Rudimentum novitiorum* ſervavit, ſive ex utraque mappa ſimul ſumpſiſſe plane liquet.

V. Cur *PROLOGUS* « Arminensis » vocetur, et quis ejus fuerit auctor? — Ad eccleſiaſticum ordinem pertinere anonymum noſtrum ex libri propoſito patet. Lubicenſis urbis filium ex pluribus locis libri videmus, quibus de civitate « *Lubec* » loquitur. Si inter clericos ſæculares hujus civitatis hominem litteratum, cui aſcribere poſſimus noſtrum opus, quærimus, nullum invenimus, niſi illum magiſtrum *Volcmarum de Anderten*, canonicum eccleſiæ Lubicenſis, qui in curia Romana quondam cauſarum procurator fuerat. Quum tamen totam ſuam bibliothecam anno 1479 *civitati Hannoveranæ* legaverit, omni jure præſupponimus, eum præbendam quidem Lubicenſem poſſediſſe, Hannoveræ autem habitaſſe, nec Lubicenſem civem fuiſſe. Melle[3] quidem duo teſtamenta adducit, quorum alterum (ex anno 1431) ſtipendium promittit illi ſacerdoti, qui in Terram Sanctam proficiſceretur, alterum (ex anno 1459) idem pro peregrinatione ad limina Apoſtolorum facit. Talibus teſtamentis, quorum infinitus numerus in Archivio publico Lubicenſi aſſervatur, factum eſt, ut multi Lubicenſes in Terram Sanctam peregrinarentur.

Verum an inter iſtos peregrinatores quiſquam verba noſtri colophonis conſcribere auſus ſit, & an inter clericos ſæculares Lubicenſes quiſquam noſtrum librum ſcribere *potuerit*, dubitaverim. Res litterariæ Lubicenſes eo tempore potiſſime a duobus magnis monaſteriis colebantur, quorum unum *ad Arcem* vocabatur Dominicanorum, & alterum *ad S. Catherinam* Franciſcanorum. S. Franciſci ordinis filium noſtrum auctorem fuiſſe, non credimus: nam de rebus ordinis Franciſcanorum in Terra Sancta non loquitur; Franciſcanus non omiſiſſet indulgentias in Terra Sancta acquirendas. Adde quod viator, quem auctor conſuluit (niſi ipſe auctor & viator una perſona ſint) in Franciſcanorum monaſterio in Monte-Sion non habitavit, quod certo feciſſet, ſi ejuſdem ordinis frater fuiſſet.

Multo potius auctorem inter fratres prædicatores quærimus, in eodem monaſterio, quod olim ille Hermanus Cornerus illuſtravit, qui optimus Lubicenſis hiſtoriographus vocari meretur. Hermanus ille, dico, quem in ſcribendi modo, in multis ſententiis & verbis imitatus eſſe videtur noſter *Prologus Arminenſis*. — In citatis ex ſacra *Scriptura*, noſter auctor adhibet « textum correctum ». Dominicani vero non unum tantum, ſed plura fecerunt *Correctoria*. Dominicanos multos invenimus inter prædicatores « ſancti paſſagij ». Imo inter eos ſunt, qui theoriam prædicationis belli ſacri conſcriberent: Humbertus de Romanis & auctores *Tractatus* cujuſdam *de Turcis*, qui in pluribus Auſtriæ bibliothecis inter manuſcripta aſſervatur. Quia iſti tractatus a prædicatore crucis ſufficientem notitiam Terræ Sanctæ expoſcunt, Burchardus de Monte-Sion huic poſtulato ſatisfacit, egregia ſua opera de Terra Sancta conſcribens. Horum virorum exemplo pulſus, Lubicenſis noſter, frater Ord. Præd., ſuum *Prologum Arminenſem* compoſuit, exſcribens imprimis Burchardum de Monte-Sion.

Titulum ſuo libro impoſuit; aut quia ipſe Arminius (nunc germanice *Hermann*) nuncupabatur, aut quia in conſcribendo opere Hermannum Cornerum imitabatur; aut ambo cauſæ concurrebant. Perquirentibus nobis in Archivio publico Lubicenſi hiſtoriam Monaſterij ad Arcem, oblatus eſt liber manuſcriptus doctiſſimi Melle, quo urbem Lubicenſem deſcribit. In hoc libro[4] ſeriem conſcripſit Melle monachorum Prædicatorum, quorum nomina in documentis antiquis adſcripta inveniuntur. Inter hos eminet Hermannus Sina, qui anno 1481 lector theologiæ fuit (*Leſemeiſter*). Is quidem patricia gente natus, ad honorem lectoratus in ſua juventute provectus, noſtrum librum conſcribere poterat: rem tamen dubie ponimus, quum firmis argumentis eam ad hunc uſque diem demonſtrare non valeamus.

1. Bibl. Joann., cod. n° 59, chart. ſæc. XIV-XV.
2. Pp. 2, 12, 22 & 23.
3. *De itineribus Lubicenſium ſacris*, Lubecæ, 1711, p. 22 & 101.
4. Tom. I, p. 489.

Scema templi salemonis in mõte moria ymaginariũ Et est mõs moria quãuis altus, bassior monte syon. Nũc tñ in veritate videt̃ bassior ciuitate quia voragines sunt ꝑ multas destructiones ciuitatis replete.

Auster. Ad austrũ a templo erat arx dauid siue mõs syon.

Templi Tectum planũ erat. fuitq̃ tercuũ deambulatorium idez tectũ

Uelum primum siue maius in introitu templi.

Secundũ deambulatorium. et mansio templi tercia

Oriens. Ad orientem erat mons olıueti et Betbania atq̃ iordanis

Hic ymaginetur magna et alta turris triũ parietũ siue murorũ. quia templum in oriente murum non habuit. sed tantũ vela. et erat de marmore candido quod parium dicitur.

Occidens. Ad occidẽtẽ templi erat ciuitas iberusalem in decliui montis syon.

Coclea Hic ymaginetur siue ascensus ad mansiones supiores et erat in muro australi.

Primum deambulatorium et mansio secunda

Introitus templi T.

Uelum minus inter sanctum et sanctumsanctorꝝ

Porticus ante templum que et vestibulum. D.

Mansio prima et dicebat̃ Sanctuz siue domus exterior. L.

Candelabrꝝ. N.

Sanctumsanctorum siue domus interior aut oraculum. P. ꝓpiciatoriũ. R. Archa. Q. Cherubin. ij. S.

Altare olocausti sub diuo in atrio sacerdotum. F.

Mensa ꝓpositionis panũ. xij. M.

Paries cedrinus

Mare eneũ in atrio sacerdotũ ad austrũ. E.

Aptura. xxv. cubitorꝝ ante atriu sacerdotũ. que non claudebatur.

Decez luteres. quinq̃ a dextris et quinq̃ a sinistris templum intrantium.

Porta speciosa que stabat in muro atrij virorꝝ mũdorꝝ Actuũ. iij. X.

Atrium sacerdotũ siue interius. Et ymaginetur per quadrꝝ totius templi. sic et alia atria tria. G.

Hic ymaginetur fundamentũ totius templi salemonis.

Porta aurea. non porta ciuitatis sed templi. et erat ante portam speciosam ad orientem.

In hac occurrit ioachim pater ṽginis marie. vxori sue anne. de absentia sua turbate.

Atrium virorꝝ mũdorum. H.

Atrium mulierum mundarum. J.

Atrium immundorum et gentilium. K.

Aquilo. Ad aquilonez erat ꝓbatica piscina in area templi Hoc est in atrio sacerdotum.

Incipit prologus Arminensis in mappam Terresancte. templi domini. Ac sancte ciuitatis Hierusalem.

Exquo sensus literalis/vniuersalis sacre
pagine sit omi sensu exposicōis eiusdeʒ
certior. Nam alioꝝ certitudo sensuū a
certitudine sensus lrālis dependet/cū
omnis expositio spiritualis/semꝑ debeat fulciri
aliqua lrāli expositionē scdm augꝰ. Ideo sūoꝑe
satagandū vt in omi loco sacre scripture. prius
diligenter capiatᷣ sensus lrālis. Quo intellecto/
satis ꝓmte offert se ex dictis doctoꝝ sanctorum
sensus spūalis/cū dicat Gregori. xx. morali. c. j.
Sacrascriptura que omeʒ scientiam atqʒ doctri
naʒ transcendit sue locutionis more. vno eodēqʒ
sermone/sic narrat gestū. vt etiam ꝓdat miste/
rium. et sic scit preterita dicere. ut eoipo nouerit
futura predicare. Sed quia de terra ꝓmissionis
et locis eiusdeʒ. sepe ingerit legentibʒ difficulta/
tem sacre pagine textus. versus quam celi ꝑtem
sint situata. Ideo in presenti ꝑ talismodi eluci/
datione sermo breuis ꝯstringet loca famosiora
totius terresancte/cū certa depictione. vt sic fa/
ciliter capiat diligens lector omia loca ista et eo
rundeʒ distantiam. Quibʒ masticatis statim iu
dicabit de plaga celi. et distantia vnius ab alte/
ro. quod non modice iuuabit eū intelligere ali/
quatenus/taʒ noui ꝙ veteri testamētoꝝ textuʒ.
Statimqʒ etiā directe diiudicabit de ventis ꝑn
cipalioribus et intᷣmedijs eorūdeʒ. non tantum
de terrasancta. sed et de omi loco mūdi. firmato
prius centro in terrasancta. que totius orbis ha
bitablis circa limites accon siue ptholomaidis q
iij. dietis a hirlm versus aquiloneʒ distat centꝝ
dici potest scdm bedaʒ. Sed quia dignius insen
sibile in terra illa locatū non legitur templo sa
lemonis/ideo de ipo et eius attinētijs in quibʒ
difficultas/libet ediscere ꝑmuʒ. Deinde de ipsa
sancta ciuitate Hirlm et eius attinentijs/portis
scʒ edificijs. montibʒ/fontibus. vallibʒ. piscinis/
intus et extra iacentibʒ. Demū de diuisione to/
tius terresancte de loco in locuʒ. qd lucrosū erit
predicatori nouicio ad sciendum quemlibet xpi
ꝑdicationis locum. Insuꝑ et multa alia in lege
veteri ꝯtenta. Iocundū enim est habere multos
libros. sed iocūdissimū habere materiaʒ in vnuʒ
ex diuersis floribus redactaʒ. conflatam/et com
pactam. vt mentes doctorū succincte videantur
breui locello. Finaliter etiaʒ adijcientᷣ loca que/
dam remota a terra illa. vt sciatur versus quam
celi parteʒ quilibet eoꝝ fuerit locatus. Et in cō
clusione vterqʒ liber machabeoꝝ. vbi iteꝝ diffi
cultas comꝑando alterū ad alterū/iuxta annoꝝ
certam supputationem. Est etiam sciendū ꝙ
cuilibet capitulo ꝑmittitur certa lrā alphabeti.
aut numerus quidaʒ. Ideo his bene ꝯsideratis
in picturis circa ꝙlibet dictioneʒ aut locū ꝓpriū
statim recurrat lector cum eadeʒ litera sue ꝯside
rationis ad notulam hanc ubi inueniet eandem
cū expositione ꝯgrua loci. aut dictionis eiusdē.
Uerbigratia ante expositioneʒ scematis templi
habes A. quaʒ etiam lrāʒ reꝑies in pictura circa
illam dictioneʒ templū. Et in pictione terresan/
cte circa illam dictioneʒ hirlm habes numerum
vnitatis cū quo recurre ad hanc notulaʒ ad nu/
merū eundeʒ circa eandem dictioneʒ locatū.

Capitulū primū de scemate templi Hierosolimitani. A.

Cema templi Hierosolimitani.

Ubi notanduʒ ꝙ tria leguntur templa
fuisse famosissima. Primū fuit salemo
nis de quo hic. Quo destructo ꝑ caldeos nunꝙ
tale est reedificatū. Secundū fuit in honorem
Iouis in monte Garisim ad duas dietas cū me
dia de Hierusaleʒ/versus aquilonē in samaria.
que quondā fuit regnum israbel de quo templo
et monte dicitur Ioh. iiij. c. et deut. xxvij. Hoc
templū ꝓcurauit edificari saraballa. ꝑfectꝰ darij
magni. manasse fratri iadi summi sacerdotis in
hierusalem. quia Iadus filiam habuit saraballe
prefati. tꝑe Asor regis iuda de quo Math. j. et
tꝑe Arsami regis Babilonis. et Ptolomei soter
regis egipti. Dario enim ab Alexandro magno
deuicto. sociauit se saraballa alexandro. et ab eo
impetrauit huius templi edificationē. ad modū
templi hierosolimitani. factus dux in samaria.
et ꝑmansit hoc templū vsqʒ ad destructionē fa/
ctam ꝑ romanos tꝑe Titi et vespasiani. Terciū
fuit templū in egipto in ciuitate Heliopoleos.
factū ab Onia fratre simonis iusti. Onias pon
tifex assūptis iudeoꝝ plimis asseruit se implere
vaticiniū Ysa. xix. Erit altare dn̄i in egipto. ꝛc.
fugit in egiptū et honorifice susceptus a Ptolo/
meo epiphane. sexto anno introitus Onie licen
ciauit eū epiphanes templū edificare ad modū
templi hierosolimitani. anno regni sui. xxiij. et
anno pontificij onie in hirlm. xxj. et stabat illud
templū ꝑ annos. ccl. vsqʒ ad vespasianū. qui fū
ditus ciuitatē et templū euertit. scdm bedam in
li. minori de tꝑibus. et Comestorem in visione
decima danielis. Item notandū ꝙ ut colligitᷣ
deutro. xij. in ꝑncipio. Dn̄s precepit israheli/ut
non in plibus sʒ in vno loco/queʒ dn̄s eligeret.
sacrificia et oblationes ei offerrent ad que scilicʒ
tenebantᷣ ex debito. ꝙuis scdm ra. sa. filij israhel
in deserto. etiam post ꝯstructionē tabernaculi/
poterant offerre sacrificia et oblationes volun/
tarias alibi ꝙ in tabernaculo. Iste vero locus a
dn̄o finaliter eligendus fuit in tribu beniamin
in cuius sorte fuit templū postea a salemone cō/
structū. iij. Regū. vi. et infra scilicet quando isrlᷣ
venit ad requiem. Archa igitur ꝑmo fuit locata
in silo scʒ anno. xiiij. ducatus iosue. et ibi habuit
stabileʒ mansionem. cxliij. annis vsqʒ ad morteʒ

bely·j·Re·iiij· Et tunc ducta in castra·capta est
a philisteis/ubi fuit septem mensibz·j·Re·vj·
in pncipio· Et inde reducta translata est in cha
riathiarim·j·Re·vij·ubi mansit annis multis·
Deinde in masphat/ut dicit in li·de he·questi
onibus· Et inde in galghala ut dicit ibidez· Et
inde i nobe tpe saul·j·Re·xxj· Et inde i gabaa·
j·Re·vij· Et inde in domū ebededom p dauid
Et inde in ciuitatez dauid·i·in montez syon·ij·
Re·vj· Et inde in tēplū saleōnis cū tabernaclo
federis qd fecit moyses· qdqz fuit repositū cuz
alijs vasis sacris in thesauris dom⁹ dñi/ut dicit
iij·Re·viij·in pncipio/et hoc in mense septimo

Deinde videns dauid q dñs dedit ei requiē
ab vniuersis inimicis suis/credidit esse tpe edi/
ficandi templū/ut pceptū fuit deut·xij·ut supra
dictū est·igit ad hoc se disposuit· Sed phibitus
a dño fuit·ij·Re·vij·in pncipio· et·j·palip·c·
xxij·qr filio suo salemoni hoc dñs reseruauit ut
dicitur ibidez in medio et infra· Et his tpibus
archa sp tegebat pellibz rubricatis usqz ad tpa
salemonis·ij·Re·vij·Ideo dicit Cant·j·Sicut
pelles salemonis·et dicit in psali pelles et non
pellis sm correctū textū·Hoc est q dauid dixit
ad Nathan prophetam·j·Re·vij·in principio·
Videsne q ego habitez in domo cedrina·et ar
cha dei posita est in medio pelliū· Et qauis da/
uid fuit phibitus de templo edificando·multa
tamen nimis cōgregauit salemoni filio suo pro
singulis correquisitis ad templū edificandum·

Igitur·xl·anno regni dauid et ultimo/puo/
catis omnibus sacerdotibz·leuitis·principibus
et omni populo itez fecit salemonez inungi in
regem·j·palip·xxix·in fine·et pcepit sibi custo
dire legem dei·et pietatē et ut templū domino
edificaret· Ad qd edificandū tradidit sibi auri
centūmilia talenta· argenti millemilia·ferri et
eris supramodū· lapidū vero et lignoz supra/
modū·ut latius dicit·j·palip·xxij·et·xxiij· De
dit eciaz illi descriptionē templi et alioz edifici
orū·vt dicitur·j·palip·xxviij·in medio· In illo
scz loco quez emit de ornaz siue areuna iebuseo
quando angelus cecidit populū·ubi tūc dauid
cstruxit altare et obtulit olocausta et pacifica·
que et dñs de celo incendit/in signum gratie et
acceptacōis illius oblationis·quia dauid tanto
timore cōcussus erat ex visione gladij angelici
q ire non poterat in gabaon/ubi tunc erat ta/
bernaculū et altare olocausti quod fecit moyses
in deserto Exo·xxv·ut dicitur·j·palip·xxj·in
fine· Erat aūt gabaon siue gabaa tribus leucis
de hierusalem inter aquilonem et occidentem·

Est eciaz sciendū ne nouelli pdicatores palo
grisentur in termis/q differentia ē inter taber/
naculū et templū domini· Naz tabernaculū di/
citur a taberna· et est domus innaturalis sicut
tentoria et castra fiunt in expeditione militum
que relinquūtur finito bello·et nūc figūtur hic
nunc illic·et cū transmigratione migrāt· Et ta/
bernaculū federis/de quo Exo·xxvj·erat dom⁹
quadrata et oblonga/tribus clausa parietibus·
aquilonari·meridiano et occidentali· Ab orien
te vo liber erat introitus/ut sole oriente radijs
eius illustraret· Et erat hec dom⁹ in duas distin
cta ptes· Pars occidentalis q fuit posterior ha/
buit·x·cubitos in longū/in latum·et totidez in
altū·et dicebat aditū/siue sanctūsancti/aut san
ctasanctoz vel sanctuariūsanctuarij· Anterior
ps ad orientē·xx·cubitis protendebat·que cōis
erat sacerdotibz tm et non laicis·et dicebatur
sanctū aut sancta siue sanctuariū· In his duabz
domibz erant ea que infra dicent fuisse et in tē
plo·sed in tēplo erant oīa speciosiosa ac pciosi
ora·Templū aūt dicit quasi tectū amplū·et ē
nomē generale ad oēs domos āplas· Sed tem
plū put fuit deo vero csecratū dicit a theos qd
est deus·et platea qd est latū/quasi platea siue
ampla mansio dei· Et multa significat templū
Primo domū dei/de quo loquimur hic· Secū
do ecclam militantē·i·statū ecclesie dei in hoc
mundo·j·ad corint·iij· Templū dei sanctū est
qd estis vos· Tercio dicit anima iusti· Ps·x·
Dñs in tēplo sancto suo· Quarto penit p xpo
Ps·xvij· Exaudiuit de tēplo san bo suo vocem
meaz· Quinto dicit xpi natura huana Joh·ij·
Soluite tēplū hoc/et in triduo ꝛc· Sexto dicit
mūdus Ysa·vj· Et ea q sub ipo erant replebāt
tēplū· Septio dicit vita etna· Ps·v· Adorabo
ad tēplū sanctū ꝛc· Tabernaculū vero federis
erat figura tēpli saleōnis·et tēplū salemonis fi/
gura celicelor siue etne glie· Itez tabernaculū
qd erat mutabile/statū mutabilis vite pntis si
gnificat·que nunq in eodez pmanet/sz ut luna
crescit et decrescit· Templū vero qd erat fixū/
statū vite etne significat·que oino est imutabi
lis/In figura cui⁹ dicit·iij·Re·vj·q post edifi/
cacōz tēpli saleōnis non ē auditus sonit⁹ mallei
aut securis i eo·qr oīs pturbatio cessabit i statu
futuro· Ideo dicit luce·xj· Ego dormio et pueri
mei mecū sūt in cubili et ostiū meū clausū est ꝛc
Itez oēs idolatre gētiles adorabāt ad orietez in
solis reuerentiaz· Ideo statutū est ut ipi hebrei
adorarēt ad occidentē ubi erat sanctasanctoz·si
cut nr chor⁹ nūc est ad orientē·ut ipi discrepa/
rent a maledicta idolatria· Tū eciaz qr tot⁹ stat⁹
poris tabernacli et tēpli ordinabat ad figuran
daz mortē xpi/q significat p occasū· Ps·lxvij·
Qui ascēdit sup occasū ꝛc· Xpc sup occasū ascē
dit qn mortē vicit· In nouo tn testamēto ado/
ram⁹ ad orientez/qauis dñs sit ubiqz·qr oīs nra
illūiatio est a deo/sicut lumē mūdi ab oriente·
Secūdo qr oriēs est nobilior ps mūdi· Tercio
qr padisus ē in oriēte et oīs mot⁹ celi ē ab oriēte
et xpc ab oriēte ascēdit·et ita ad iudiciū veiet·
Ubi vo saleōni demrātū fuit tēplū edificandū/
erat idez loc⁹ ubi abrahaz voluit imolasse ysaac

Genisis·xxij·ut dicit Lira ibidez· et·ij·Regum vlti·et fuit in monte moria· Sed nõ est dicend̃ q iacob hic dormiuit scd̃m Hiero·et Johãnem ianueñ·et Borchar·q̃uis sic asserat Lira geñ· xxviij·Alia etiaz multa dauid tũc precepit sale/ moni scz vt ioab interficeret·et semey/et filius berselay grõsus existeret zc· que late patent·iij· Regũ·ij·Et de ordinacõe cultus diuini vt patet pmo palip·xxiij·vsqz in finem libri·Et posthoc cũ esset·lxx·annoꝝ et sex mensiuz moritur·et in ciuitate dauid hoc est in monte syon sepelitur· vbi iam est ecclesia montis syon· Salemon igit̃ anno quarto regni sui·hoc ẽ ab exitu de egipto ãno·cccclxxx·scd̃z Be·ve·iij·Regũ·vi·Sz scd̃m iosephũ li·vij·antiquitatũ·c·vlti·anno·ccccciij· mẽse·ij·idest in maio cepit edificare templũ de marmore candido qd̃ parium dicitur in vertice mnotis moria qui est bassior monte syon· et in pte orientali ciuitatis hirl'm·cuius supciliũ deie cit qz strictũ erat scd̃z Comestorez et ãpliauit in longũ et latũ q̃tuz arcus p̃t iacere scd̃z Borch· nec templũ approximauit muro ciuitatis tũc/ sicut illud qd̃ nunc ẽ·qz istud habuit tm̃ iiij·aka multũ lata scd̃z eundez vt infra patebit·qd̃ vero nũc est circa centũ tm̃ pedes distat a muro ciui tatis orientali·

Capitulum secundum·

Dtũ autez edificium templi habuit intra muros·lx·cubitos vsuales longitu/ dinis·xx·latitudinis·et·cxx·cubitos altitudinis Lõgitudo diuidebat̃ in·ij·ptes·Prima habuit xl·cubitos longitudinis ab oriente in occidẽtez xx·latitudinis·et·xxx·altitudinis vsqz ad p̃muz tabulatũ·et dicebat̃ sanctũ siue domus exterior Secũda pars totius domus versus occidentem dicebat̃ sanctũsanctoꝝ/siue domus interior aut oraculum·et habuit·xx·cubitos longitudinis et totidez latitudinis et·xxx·altitudinis·et diuide batur a sancto p parietez cedrinũ/altũ·xx·cubi/ torũ·Et in eo erant ka/de quibz infra dicetur·

Jtez nota q tota altitudo templi fuit diuisa in tres ptes vt patet hic in pictura·Prima et infe/ rior/erat tota diuino cultui deputata·Jn alijs vero mansionibz supioribꝰ custodiebant̃ vestes ministroꝝ ipius templi/et cetera templi p̃ciosa et habuit templũ siue t̃ris illa/fenestras exterius strictas et interius latas·vt latius aer illũinans infunderet̃·Jn inferiori pte siue mansione nihil videbat̃ nisi aurũ·vt dicitur·iij·Regũ·vi·Naz et pauimentũ erat stratũ cũ laminis aureis·sup tabulis abigenis mediantibꝰ ponderosis clauis· quorum quilibet habebat·c siclos auri·Murus etiam interior erat subductus tabulis cedrinis/ eodem modo deauratis similiter et trabes vna cũ laquearibz qd̃ vulgo forner dicitur·iij·Regũ vi·Et erat pulcerrime sculpture·eciaz satis ꝓfũ de in laminis istis·Ubi vero p̃ma mansio t̃mi/ nabatur ibi secũda inciabat̃/habẽs altitudinis xxx·cubitos·Quelibet aũt mansio siue solariũ/ in circuitu sue sũmitatis habuit forinsecus vnũ deambulatoriũ quod Math·iiij·dicit̃ pinnacu lum·idest eyne louene· Quia trabes ita longe ꝓminebant vltra murũ/ad austꝝ et aquilonez in quolibet solario·Et habebant ista deambula toria/cãcellos siue appodiacões ad extra·a casu protegentes in eis ambulantes·Tabulatũ siue deambulatoriũ inferius·v·mediũ·vj·superius vij·latitudinis cubitos habuit·qz circa qd̃libet deambulatoriũ erat murus introceptus·idest/ afgheseth·vt sic desup existentes et inferius vi/ dere volentes·possent ppendiculariter sine im/ pedimento inferius videre·Ad orientez et occi dentez deãbulatoria nõ erant scd̃m comestorem Lira tamen dicit q erant ad occidentẽ·Tercia vero mansio habuit altitudinis cubitos·lx·vsqz ad tectũ in quo et terciũ incipiebat deambulato rium qd̃ erat a pauimẽto·cxx·cubitis·Et sup̃mi habebant altitudinẽ·v·cubitoꝝ·De altitudine alioꝝ non legitur·Tectũ vero erat planũ more palestino cuius aqua desup cadens recipitur in cisternis pro vsu hũano·Et salemon ita feruide ꝯstruxit·q·vij·annis et·vij·mensibus totũ pfe cit·scz in·xj·anno regni sui in octobre·Dicit tñ Comestor q in septembre·et intelligit̃ de luna tione·qz iudei menses computãt scd̃m lunacões Et sacerdotes cũ leuitis·ꝯgregatis om̃ibꝰ maio ribus natu ex israhel ad regez/tulerũt cũ iubilo archam dñi/de ciuitate dauid·i·de monte syon ad sanctasanctoꝝ sub alas cherubin·iij·Re·viij in p̃ncipio·Et celebrata ẽ templi dedicatio·xiiij diebus·Nam et sexto die dedicacõis ꝯcurrebat festũ scenophegie De quo Leuit̃·xxiij·post me/ dium·qz mensis·vij·apud hebreos quasi totus festiuus fuit/vt patet ibidem in glo·Et stabat illud tẽplũ annis·ccccxli·vsqzad·xi·annũ regni sedechie·regis·xx·iuda·iiij·Regum·xxv·et·ij· Paralip̃·vltimo·Deinde post·lxx·annos capti uitatis babilonice·reuersi sũt iudei sub duce so/ robabel Anno scz·iij·monarchie ciri regis psaꝝ De quo vsa·xlv·c·in p̃ncipio·Et sub ihũ sũmo pontifice filio iozedech·p̃mi Esdre·iij·et anno ij·regressionis ceperũt reedificare templũ·Sed accusati a principibzvicinis ad cambisem/qui et nabugodonosor/interdicti sũt edificare·Sed pꝰ relaxacõz iteꝝ edificabãt pficientes annis·xlvi· Jo·ij·c·Et illud templũ stabat tpe xpi·nec fuit tam gloriosũ sicut p̃mũ·Mons aũt syon erat a sinistris templi/inter austrũ et occidentez·inci/ piens a porta siloe·que et porta aquaꝝ dicebat̃ Et dicebatur ciuitas dauid·p̃mo palip̃·xi·post principiũ·Et arx dauid/idest turris in eo erat· De qua p̃mo macha·i·in medio et eiusdẽ·c·vi· Ab arcend̃ hostibus·Et ciuitas dauid spaciosa erat faciens semicirculũ ab austro ciuitatis hie/ rusalem versus occidentem multa hñs edificia·

Ab hoc loco tpe machabeoꝝ multū impeditus
est cultus diuin⁹ in tēplo ut patet · j · machab · j ·
in medio · qꝛ mons syon altioꝛ erat mōte moꝛia
Erat tñ maxīa voꝛago int̄ montē syon et moꝛia
et int̄ montē syon et ciuitatē irl̄m · Sꝫ salemon
iij · Re · ix · edificans mello / voꝛaginē quasi ade /
quauit solo · Cap̄ · tercium · C ·

e velo sciendum Qꝛ templu habuit
tm̄ tres muros · qꝛ in oꝛiente erat sine mu
ro · Sed ibi velis et coꝛtinis tegebat̄ / mobilib⁹
in circulis / iuxta exigentiaꝫ tēperiei ipius aeris
Et illa ps erat tēpli totius latitudo / hn̄s · xx · cu
bitos · Et in angulo muri australis ad oꝛientem
erat coclea sꝫm Josephū / ad supioꝛes mā̄siones
duas · Per hāc quidaꝫ asserūt xp̄ꝫ pductū a dia
bolo in pinnaculū · Math · iiij · et nō absurde · qꝛ
tēptatoꝛ hūanaꝫ gessit mansuetudinē erga xp̄m
temptandū · Quāuis alij eū p aera ductū affir
ment · qđ et Gregō · tenet · Erat et aliud veluꝫ
tenuissimū / int̄ sanctū et sanctūsanctoꝝ descen
dens p · x · cubitos · Et vtrūqꝫ dicunt doct · scissū
fuisse in xp̄i passione / iuxta cōmunioꝛem viam
Math · xxvij · De qualitate v̊o utriusqꝫ veli ha
betur luculent̄ Exo · xxvi ·

Capitulum quartum · D ·

e poꝛticu / quod et vestibulū / idest
armariuꝫ Joelis · ij · dicit̄ sciendū / ꝙ erat
ad oꝛienteꝫ in facie tēpli immediate / int̄ altare
olocausti et edeꝫ siue tēplū · hn̄s · xx · cubitoꝝ lō
gitudineꝫ sꝫm latitudiēꝫ tēpli · et · x · cubitoꝝ lati
tudinē · altitudinē vero cū templo sꝫm Josephū
li · viij · antiquitatū · c · iij · et · ij · palip̄ · iij · Et erat
interius tota deaurata · habuitqꝫ colūnas mira
biles valde · et p̄sertim · ij · cubitoꝝ · xxxv · in me
dio stātes · et dicebant̄ iachim / et boos · et dilta
bant · x · cubitis scđm latitudinē introitus tēpli ·
De hoc poꝛticu ascendebāt sacerdotes / vestiti sa
cris vestibꝫ et discalciati in tēplū p ḡdus · xv · cā
tantes · xv · ps̄ · ut dicit glo · sup titulo ps · cxix ·
Quitus tñ gradus · x · et · xv · āplioꝛes erāt alijs
oībꝫ · Erant eciā et alij · xiiij · ḡdus / p quos ascē
debāt sacerdotes de ato sacerdotū ad vestibl̄m
teste Jose · li · viij · ant · c · iij · et hoc p̄us pedibꝫ et
manib⁹ lotis in mari eneo · Alij v̊o asserūt ꝙ tm̄
vij · erant put vidit Ezechiel de tēplo spūali · c ·
xl · ut dicit Comestoꝛ ·

Capitulum quintū · E ·

are eneū · i · lauatoꝛiū fusile stabat
in atrio sacerdotū / ut sacerdotes pedibꝫ
nudis teplū ingressuri / lauarēt man⁹ et pedes ·
De quo exo · xxx · in medio · Et in circuitu illius
lauacri stabant multa specula / a deuotis oblata
mulierib⁹ · ut patet Exo · xxxviij · post p̄ncipiū ·
in glo · et stabat ante altare olocausti · et habuit
altitudinē · v · cubitoꝝ · et latitudiēꝫ · x · cubitoꝝ ·
diametraliter in pte supioꝛi · recipiēs triamilia
metretas · i · circa · vijmilia stopas aq̄ · basisqꝫ ei⁹
stabat sup · xij · boues eneos / tres computando
ad q̄libet ventū celi int̄ quatuoꝛ · quoꝝ anteri /
oꝛa tm̄ pminebāt · Item ibideꝫ stabāt · x · lute /
res enei fusiles · i · conche lauatoꝛie eiusdeꝫ factu
re · altitudis · iiij · cubitoꝛuꝫ · latitudis v̊o supius
tm̄ vnius cubiti Inferius v̊o vnius cubiti et di
midij · et quilibꝫ recipiebat · xl · batos · i · cxxx · sto
pas aq̄ · et in eis abluebantur intestina et pedes
olocaustoꝝ · Cap̄ · sextum · F ·

ltare olocausti vel olocaustomatū
idest altare sacrificij · qꝛ in illo offerebant̄
deo sacrificia / de his q̄ erant a pplo possessa · qꝛ
carnes in eo cōburebant̄ / et sanguis hostiaꝝ ibi
fundebat̄ · Sꝫ a digníoꝛi sacrificio quod est olo
caustū dictu est / teste tho · in p̄ma secūde · q · cij ·
ar · ij · in solucōe · vj · argu · Stabat in ato sacer /
dotū sub diuo · i · sub celo sine tecto / ante facieꝫ
tēpli in oꝛiente · aliq̄ptulū tamē ad meridieꝫ · et
erat ꝯcauū et sine opimēto / hn̄s arulā ereā infe
rius · et · xx · cubitos longitudis · et totideꝫ altitu
dinis · deceqꝫ latitudis · Et erat de lapidibꝫ im /
politis · sꝫ ere ex omi pte circūtectū · et in medio
eiusdeꝫ erat sub eo fouea grādis p defluxu cine
rū et sanguis qui ad crepidiēꝫ eius fūdebat̄ · Et
erat eadē fouea ad oꝛientē fenestrata p mūdi /
ficatione · Habuit et aliaꝫ fenestrā in oꝛiente su
pra p̄fataꝫ / ubi inferebant̄ ea q̄ igneꝫ quotidie
nutebāt · qꝛ dicit̄ Leuit · vj · Ignis in altari meo
sp ardebit · s · mane et vespere fotus a sacerdote
sub ḡui pena · Iste ignis p̄mo datus fuit moysi
de sublimi Leuit · ix · in fine / et ꝯtinue durauit
usqꝫ ad captiuitate babilonicā · quē hieremias
abscondit in valle iosaphat in puteo · ij · macha ·
p̄mo · et · j · q · j · Sicut eunuch⁹ · et post reditū de
captitate relatus p modū aque crasse de eodeꝫ
puteo durauit quousqꝫ sūmū iason emit sacer /
dociū sꝫm Aug⁹ · et tūc dei nutu extinct⁹ · de pe ·
d · iij · §. Int hoc dircū · In medio hui⁹ altaris
pendebat cratis · iiij · cathenis de · iiij · coꝛnibꝫ al
taris supioꝛibꝫ · ad quā cremanda dn̄o in odoꝛē
ponebant̄ · que ignis de arula p craticlaꝫ ascen /
dens ꝯsumebat · Tpe aūt mistracōnis ponebat̄
ḡdus p mistro ad altare sꝫm Rabbi sa · sꝫ miste
rio expleto stati tollebat̄ · Pro quo notandū ꝙ
sꝫm Tho · in p̄ma secūde · q · cij · in solucōe · vij ·
argu · in fine ꝙ de quadruplici altari fiendo fit
iussio in lege · Primū de t̄ra qđ fuit olocausti · et
erat omi pplo ꝯspicuū Exo · xx · Secūdū fuit li
gneū · eiusdem · xxvij · in pnci · qđ non phibebat̄
habere ḡdus · eo ꝙ altū erat · qꝛ iam vsus femi /
naliū fuit sacerdotibꝫ indult⁹ · et illud eciā fuit
olocausti sꝫ poꝛtatile · et qn̄ situabantur castra ·
illud implebat̄ terra usqꝫ ad sūmū · et immola /
bātur q̄ debebant̄ · surgētibꝫ v̊o castris leuebat̄
altare · pfluebatqꝫ t̄ra manens in loco · Terciū
fuit eneū exo · xl · ibi Posuit et tētoꝛiū et hocp̄ꝫ
altare fuit olocausti · Quartū fuit totū aureum

Exo·xl·ibi Posuit et al·aureū·et illud fuit incē
siue thimiamatis/qd̄ solis licebat sacerdotibꝫ
videre·Legat igit textus caute Exo·xx·in fine
Nō ascendēs p gradus ⁊c·et eiusdē·xxviij·in fi·
q̄n̄ vsus feminaliū sacerdotibꝫ fuit indult⁹ Est
tn̄ sciendū ꝙ q̄uis salomō fecit illud altare ma/
gnū olocausti·altare tn̄ min⁹ qd̄ moyses ꝓ olo/
causto in deserto fecerat/ponebat seorsū in eod
atrio sacerdotū ꝓ sui reuerētia In hoc altari
olocausti fiebāt quotidie duo sacrificia ut patet
numeri·xxviij·in princi·absqꝫ alijs sacrificijs q̄
ibi fiebāt·Nā mane ante solis ortū sꝫm Jose·
totaliter offerebat ibi agnus āniculus·i·agnus
admin⁹·viij·dierꝫ a die natiuitatis sue/usqꝫ ad
cōplecōꝫ vnius āni sꝫm Liraꝫ ubi s̄·Et vespere
alt agn⁹ eciaꝫ talis sꝫ melior/añ solis occasū·cuꝫ
farina oleo tuso ꝯspsa/ut hētur Exo·xxix·ante
finē·Juge aūt illud sacrificiū sig̃ficabat ppetui
tateꝫ dīnē beatitudīs quā eciaꝫ hebrei sicut et nc
xp̄iani ꝓfitebant·ut dt Tho·in p̄ma secūde·q·
ciij·et Burgeñ numeri·xxviij·Insup figurabat
eternitateꝫ agni imaculati ihū xp̄i Hebre·xiij·
Ihūs xp̄c heri ⁊c·ut dicit Lira exo·xxix··Hoc
pacto p̄us lotis manibꝫ et pedibꝫ statī sacerdos
igressus scm̄ cuꝫ prunis et thiamate obtulit bis
de die incensū/in altari thiamatis cremās illud
ut pꝫ Exo·xxx·Et quidā volūt ꝙ mane thus·
et vespe thimiama tq̄ digni⁹ incēdebat figurās
oblacionē xp̄i in cruce dicētis Ps̄·cxl·Elauatio
manuū mea·sa·ves·Lira tn̄ dicit exo·xxx·post
p̄nci·ꝙ ista dr̄a ex scriptura sacra haberi nō po
terit·Eodeꝫ tpe·s·mane extinguebat sacerdos
iiij·lucernas de·vij·lucernis cādelabri·q̄·vij·p
nocteꝫ darebāt quibꝫ extinctis cremabat·vespe
vero illas·iiij·lucernas reaccēdit·et deinde thi
miama obtulit· Cap·septimum·H·

e atrijs·iiij·nota Qꝫ primū dicebat
atriū sacerdotū/siue atriū interi⁹·et erat
platea grādis ex ōmi pte imediate cingēs tem
plū/sicut nostrꝫ cimiteriū·et hoc p quadrꝫ·Ad
orienteꝫ tn̄ magis extendebat/ꝓpt altare olo/
causti et mare eneū et alia multa q̄ ibi hēbant·
Istud atriū muro cingebat breui qui dicebātur
gyon siue cancellus·ut dicit in speculo histori·
li·iij·c·lxxx·ne quis exceptis tēpli mistris illic
intraret·Et tantū vnū habuit introitum scꝫ ab
oriente·xxv·cubitorꝫ sine foribꝫ ut patet hic in
pictura·Pauimentū huius atrij vario erat mar
more stratū·Murus huius atrij erat intus ve/
stitus cedro·ad hūc murū appodiati sacerdo/
tes psallebant·et ad populū ꝯuersi/loquebant
ei legeꝫ domini·In hoc muro multe stabant co
lumne/multa habentes legis monita/literis he
braicis·grecis et latis scripta·et ne quis intra/
ret nisi in certis casibꝫ·Ad hāc aperturaꝫ atrij
offerebāt viri et mulieres/ministris templi eis
occurrentibus oblationes·Nec aaronite illic in
trabant qui maculā habebant/q̄uis de ptibus
sacrificiorꝫ alebant·Ad hanc aperturaꝫ ascende
batur per·xiiij·gradus·

Capitulum octauum·M·

trium secundū quod erat virorum
mūdorum/erat in decliui montis statim
infra atrium sacerdotū/cingens illud ex omni
parte·et dicebat sanctū/siue aula/aut basilica·
Et erat multo maius atrio sacerdotū·cuius pa
uimentū erat ex marmore vario·et erat circūse
ptū muro altitudinis·xxv·cubitorꝫ interius·ex
terius vero·xl·sꝫm decliuitateꝫ collis·et q̄uis
altus/non tamē ꝓhibebat templi aspectū·quia
multū declinauit collis·Iste murus in occidēte
nullaꝫ habuit portaꝫ·In vtroqꝫ vero latere ha
buit porticus circūiacentes et in fronte/instar
monasterij·Latitudo porticus erat·xxx·cubito
rum/in latere meridiano et aquilinari erāt·iiij
porte/duplices valuas habentes/mirabilit pul
cras·In his sedebant ianitores/ut immundos
introire ꝓhiberēt·ut dicit li·iij·speculi·c·lxxxj·
In oriente v̄o erat porta speciosa·de qua Act·
iij·In lateribus porte speciose erant·ij·portule
ad quas mistri descendebāt ad recipiendas ob/
lationes a mulieribꝫ·Ad hoc atriū ascendebā
viri vndecūqꝫ p portas·iiij·p̄fatas ad orandū/
sub diuo tpe sereno·In porticibꝫ p̄fatis stabant
diuerse arche·s·Musach ubi ponebant oblati/
ones regū et magnarꝫ festiuitatū·Corbam ubi
reponebant oblacōes ꝓ sacerdotibꝫ/et votiua·
Et gazophilaciū/ubi reponebantur oblationes
paupm et quotidiane ad opa tēpli·In portici/
bus eciaꝫ laterū erant pastoforia/ubi ꝯsederūt
offerentes/comedendo coraꝫ dn̄o que se ꝯtin/
gebant·Deut·xij·post p̄nci·Ibideꝫ erāt cathe/
dre doctorū/ubi credit xp̄c inuent⁹ fuisse a pnti
bus Luce·ij·et synedre·i·ꝯsistoria·et exedre·i·
sedes assessorum iporꝫ iudicū·Hoc atriū large
dicit templū in multis locis euangelij·Math·
xxj·et·xxvj·et Jo·xx·et sic de multis alijs·Ideo
dicit Lira Math·xxj·post p̄nci·ibi Et intrauit
ihūs in tēplū dei/ꝙ ihūs nunq̄ fuit in tēplo·qꝛ
non fuit aaronita·sꝫ de tribu iuda/qui poterat
redemi Leuit·xij· Cap·nonum·I·

trium terciū dicebat atriu mūdarū
mulierū·et erat sub ato virorꝫ iaꝫ dicto/
in decliui mōtis·Et erat simile atrio secūdo·sꝫ
non taꝫ formosū·in quo orabāt mulieres mūde
tantū·Et hoc eciaꝫ ab alijs muro diuidebat·

Capitulum decimū·k·

trium·iiij·in quo orabant immūdi
viri et mulieres et gentiles/cingebat oīa
predicta·cuius mur⁹ exterior/in radice montis
positus/ascendebat·cccc·cubitis usqꝫ ad vticem
collis ipius templi·nec tn̄ impediebat aspectū
tēpli/nec atrij sacerdotū·qꝛ tm̄ descendit mōtis

circuitus. In hoc atrio vendebantur animalia.
Job. ii. et Math. xxi. sm Albertū magnū sup
job. Inter atria stabat etiaz porticus. i. oratoriū
salemonis ad austꝝ tēpli, quaz caldei destruxe
rūt. iiii. Re. xxv. sz post cū templo ē reedificatū
In hac ambulabat ihūs Johannis. x. ibi. Facta
sūt encenia ꝛc. Cap. xi. L.

anctum diuidebat a sanctosanctoꝝ
p parietem cedrinū, altū. xx. cubitoꝝ totū
deauratū. Et tūc erant adhuc. x. cubiti usqz ad
laquearia siue lobiū. ideo a sūmo pēdebat velū
tenuissimū quasi ad pedez pietis. et erat de. iiii.
coloribz. et intexta erāt cherubin. cuitqz tante
tenuitatis ꝙ nec aspectū pietis deaurati impe,
diebat. vide supra lrā C. et hoc fiebat ut nebu,
la siue fumus fortius intraret de altari in san,
ctumsanctoꝝ. Cap. xii. M.

ensa. xii. panū ppositionis erat de
lignis sethin imputribilibz. hn̄s longitu
dinez. ii. cubitoꝝ. et latitudinē vnius. et altitu
dinem vnius cū semissi. et erat deaurata ex omī
pte auro purissimo hn̄s. iiii. pedes cū. iiii. circu
lis aureis, in quibz erant vectes. i. baculi aurei
quibz portabaē. Habuitqz labiū siue coronaz in
circuitu vt tabl'a schaquoꝝ. et huic labio affixa
erat corona aurea mirifice sculpta. alta digitis
iiii. cuius medietas eminebat supra mēsaz. alia
medietas inferius pendebat in decorez. Et hec
mensa stabat ad aquilonē in sancto, non longe
ab introitu. Sup hāc singulis sabbatis ponebā
tur diluculo, in duplici ordine sex altnsecus p sa
cerdotē. xii. azimi panes calidi et rotūdi, in me
moriaz. xii. tbuū israhel. de simila. i. farina mū,
dissima. et stabāt ibi usqz in pximū sabbatū ad
eandez horā. Et singuli panes hēbant supimpo
sitaz pateāz aureaz cū pugillo thuris. et sublatis
